

1782, 8.

P. 321

PROCANCELLARIUS D. HENRICVS GODOFREDVS BAVER

HEREDITAR. IN STOETTERIZ.

SERENISS. SAXON. ELECTOR. A CONSILL. PROVO-
CATT. SVPR. CVR. PROVINCIAL. ET COLLEG. ICTOR. LIPS. ASSESS.
PANDECTT. ANTECESS. ORD. ECCLES. CATHEDR. NVMBVRG. CA-
NONIC. ET COLLEG. DVCAL. MINOR. SODAL.

S V M M O S

IN VTROQVE IVRE HONORES
HENRICO FERDINANDO HVIBELIO

ADVOCAT. DRESDENS.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XVIII. APRIL. A. C. CLX CCLXXXII.

P V B L I C E T R I B V E N D O S

I N D I C I T

PAVCIS PRAEFATVS



DE ACTIONE PAVLIANA

PROGAVAGELIARIA
D. HENRICAS GODCHERDÆ
B A V E R

HEC Dicitur in scripturis
scripturis secundum prophetas & canonem
qui sunt omnes testimonia in favore regni Christi
mundorum intercesserunt ergo dignissimi prophetae &
moniti et collati ducunt mentem vestram

etiam

IN VARIOUS IURE HONORES

HENRICO FERDINANDO HABELIO

1640. APRILIS.

IN AUDITORIO LECTORUM

ET MUSICO ACADEMICO

ET SCULPTORE TRISTAVIMUS

IN FESTA

ET MAGISTRI

DE AGITATIONE PRAEALVINA

PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
AVGVSTO FRIDERICO
L. B. DE ENDE

DOMINO ET DYNASTAE IN REHMSDORFF
ET CRIMTZSCHEN

SERENISSIMI SAXONIAE PRINCIPIS ELECTORIS SVM-
MI PROVOCATIONVM SENATVS PRAESIDI
GRAVISSIMO, REL.

PATRONO

SVMMA PIETATE

C O L E N D O

VAGASTO FRIIDERICIO

LB de HINDE

DOMINO ET DIGNITATE IN REHABOLITE

ET CRIMISQ[UE]N

SEVERINISSIMA VITAE LIVELICIS TEGO Q[UE]DAM

ME PROTOXA LIONUM Q[UE]DAM TATIUSQ[UE]

Q[UE]DAM REI

et superdotum est aliis curiis etiam iustis. Nam
enim amissus est etiam iustitiae regis ET agri statu
impedit agri curia. Alii huius etiam iustitiae
et iustitia iustitiae sicut etiam iustitiae regis ET agri
minimo in aliis etiam iustitiae iustitiae regis ET agri statu

Quod praesentem iuris feudalis quaestionem
PERILLVSTRI atque **EXCELLEN-**
TISSIMO NOMINI TVO inscribere, et hoc quic-
quid dissertationis est, TIBI consecrare justineo, et si
summo temeritatis et arrogantiae sensu abundare videa-
tur, **TVA** tamen indulgentia qua omnium animos eri-
gis atque confirmas, mibi quoque hunc qualemcumque
ingenii foetum submissae offerenti, veniam excusationem
que pollicentur. Scio equidem, exiguum hancce opellam
nihil prorsus continere, quod TIBI, tanto, tamque in-
telligenti iurium arbitrio et existimatori villo modo probari
queat, et quod inter grauissima, quibus pro publica salute
quotidie occuparis, negotia iudicio TVO sit dignum:
attamen patere, **PERILLVSTRIS** atque **EX-**
CELLENTISSIME DOMINE, ut a **SPLEN-**
DIDISSIMO NOMINE TVO, huic alias tenui
libello meo, decus atque auctoritas concilietur. Suscipeas
quae-

quaeſo clementer atque ſereno vultu, hoc qualemque ſum-
mae erga TE obſeruantiae, pietatis reverentiaeque meae
monumentum, et quod demiffimamente rogo, benigniſ-
ſimo TVO patrocinio (quo ne vñquam indignus vi-
dear, omni qua par eſt animi religione et induſtria enitar)
me habeas commendatiſſimum. Caeterum supremum
Numen precor, ut TE, PERILLVSTRIS
EXCELLENTIſſIME que DOMINE, cuius
grauiſſimo praefidio intemerata ſtat iuſtitiae adminiſtratio,
in vniuersae patriae ſalutem ad ſeros uſque annos ſaluuum
ſoſpitemque et una cum PERILLVSTRI FAMI-
LIA TVA omni proſperitatis genere, quo humana felici-
tas cenſetur, quam florentiſſimum eſſe iubeat.

PERILLVSTRI ATQVE

EXCELLENTIſſIMO NOMINI TVO

HENRICVS FERDINANDVS HVIBEL.

Vti ius Romaum ingenii acumine et ratiocinii subtilitate, sic Saxonum fidei integritate, dexteritate eminet, consiliique, vt suum suique tribuatur, seueritate et constantia. Vt, si qua veterum placita vel abrogata, vel iis quodammodo derogatum patriis legibus inueniamus, id plerumque hoc animo factum esse, facile intelligatur, vt licentia circumueniendi non satis limitata magis coorceatur. Illustrē huius rei exemplum est in Decis. XXV. d. a. 1746. quam non inepte dixeris actionis Paulianae, (Reuocatoriam vulgo dicunt,) qualem Praetoris edictum, in l. 1. et 10. pr. D. quae in fraud. credit. obuim, nobis exhibet, et l. 5. C. eiusd. tit. declarat, supplementum. Qua de re, propter varias interpretum dissensiones, sic agam, vt, hac scribendi venia impetrata, huic actioni, quantum per paucitatem plagularum licet, limites constituum, legibus Romanorum consentaneos, quaeque superesse videantur, et quae noua actionis species ex hac Decis. prodierit, prima mihi oblata occasione, demonstrem. Dari hanc actionem, perspecta, bonis debitoris venditis, creditorum defraudatione, ob alienationem aliamque bonorum diminutionem, decipiendi animo,

ante impetratam possessionem bonorum, cessionemue a debitore factam, creditoribus, primo contra fraudatorem ipsum, dein contra fraudis participem, qui quid de bonis debitoris ex quauiis causa habet, eiusque heredem, in quantum ad eum peruenit, et denique contra eum, qui a debitore, doli inficius, lucrum acceptum adhuc possider, ad id, ut distractum cum omni cauſa, acceptumue, vel, quatenus penes eum sit, restituat, leges ipsae loquuntur.

Ex fraudandi animo, quem secutus sit fraudationis evenitus, nasci demum actionem posse, scimus per l. 79. D. d. R. I. Quod in hoc loco sic docent VLPIANVS et IVLIANVS in l. 10. pr. et l. 15. D. quae in fraud. credit. facta sunt etc. vt simul naturam fraudis fraudationisque exponant. Id quidem per se patet, malum propositum bona sua dilapidandi, vt, quantum suppetat creditoribus, non superfit, si tamen quisque suum impetraverit, ad impugnandas, que praecesserint, bonorum deminutiones facere nihil posse, quia desierunt esse, quibus agere conceditur. Sed amplius docemur d. l. 15. et l. 10. D. qui et a quib. miss. etc. ne superueniente quidem creditorum defraudatione, prodigos, qua tales, commisile fraudem, quam nostra actio postular, sed eos demum existimando esse, qui tempore alienationis foluerendo non fuerint, vel alienatione ipsa esse desierint. Cuius rei ratio cernitur in libertate dominii, indeque promanante venia, rebus suis, quatenus alterius non refert, etiam abutendi. Ut ne inopia quidem, suum cuique reddendi, quam bonorum deminutio induixerit, semper idoneam praebat occasionem, nostra actione experiundi, vt iustam potius hoc etiam debitori eiusque successori defensionem praebeat, si demonstrari possit, illum amplus de facultatibus suis spe-
rasse,

V

rasse, quam in iis fuerit. Quod, et si per se iustum, dum proprii facti ignorantiam infert, veri similitudinem non habet, tamen propter periculi magnitudinem, et exemplorum, quae potissimum in mercatoribus contingere possunt, solentque, multitudinem, varietatemque, cuiusmodi satis opportunitum. Ictus exhibet in d. l. 10. qui et a quib. miss. non est omnino improbabile. Fraudis igitur fraudationisque euentus sic requiritur coniunctio, ut fraus debitoris respectum habeat ad debitorem deceptum, adeoque, si creditores, quois quis defraudare meditatus fuerit, suum receperint, qui postea damnis sine proposito decipiendi patientur; iustum de fraude commissa conquerendi causam non habeant, dummodo ipsorum pecunia dimisis prioribus solutum haud fuerit, d. l. 10. §. 1. l. 15. sq. quae in fraud. credit. Hoc enim facto fraudis continuatio continetur, contra, si bonis postea industria, vel forte fortuna, quae sitis prior suum acceperit, ut posterioris creditoris petitionem doli iteratio sustineat, summae rationis esse, nemo negabit.

Id vero quis facile somniatus fuerit, non deesse iuris interpretes, qui defendere gestiant, actionem nostram ad ea solum bona pertinere, quae debitor post translatam bonorum suorum in creditores possessionem, sive, ut nostri strates frequentius loquuntur, post exortum concursum, fraudulentio consilio alienauerit, antea vero gesta rata et firma manere. Quam sententiam non solum de DECKHERO testatur VINNIVS in Commentar. ad Institt. Lib. IV. Tit. IV. §. 7. ad verba bonis eius possessis, sed, quod magis mireris, etiam amplectitur MENCKENIVS ad Pandect. Lib. XLII. Tit. VIII. §. 3. n. 3. verbis, desideratur, vi bona debitoris iam sibi possessa a creditoribus. Haberetque, nisi ipsa rei ratio

obstarer, meliorem speciem argumentum, quo vitur DECKHERVS, quam MENCKENII. Ille nimurum prouocat ad §. 6. I. d. *Ast.* hic ad l. 6. §. 7. l. 24. quae in fraud. credit. et l. 6. §. 2. de reb. auctorit. ind. possidend. Dictae §. 6. verba haec sunt; *si quis in fraudem creditorum rem suam alteri tradiderit, bonis eius a creditoribus possessis, ex sententia praefidis permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione, eam petere.* Sed, esti Tribonianus loco verbi *possessis* rectius dixerit *excussis*, quis VINNIO contradicere ausit, recte monenti, verba bonis a creditoribus *possessis* non pertinere ad tempus factae alienationis, sed intentandae nostrae actionis. Et, quas MENCKENIVS sibi fingit auxiliatrices Digestorum leges, agunt de creditoribus, qui, sibi vigilantes, ante exortum vniuersale concursus creditorum iudicium, solutionem a debitore impetrarunt. Nec mirum, horum, quia de suo contendunt, meliorem esse conditionem, quam aliorum, qui vel peccant, dum scientes rei ad se non pertinenti se immiscent l. 36. d. R. I. vel ignorantes certe in lucro captando versantur. Ut, de his constitutum, sit exceptio, non regula. Et quid nodum in scyrpo. Impetrata possessione, a creditore vel uno, vel pluribus, rerum omnium debitoris, iuris intellectu, possessio et pignus in creditores transfertur l. 1. quib. ex causs. in possess. l. 13. l. 35. d. reb. *authorit. iud. possid.* vt, iis per venditionem demum excussis, fiat inter creditores distributio. Ex his consequitur, debitorem, qui, bonis a creditoribus possessis, alienat, dum, quod suum esse desit, alienare intendit, nihil agere, adeoque nec accipiens fraude, nec vlla rescissione opus, sed eadem actione vtendum esse, qua debitor, salua administratione, infectaque traditione, sive iuris remissione, contra detentorem debitoremue vti debuisset, v. VINNIUS d. l. ANTON.

FABER

FABER Lib. XX. Conjecturar. Cap. XIV. IOH. SCHILTER
 Exercit. ad Pandect. XLVI. §. LI. Idemque satis aperte con-
 firmat, d. I. 6. §. 7. quae in fraud. credit. vbi VLPIANVS
 respondet; Praetoris edictum non pertinere ad creditorem,
 qui a debitore, possessione bonorum nondum deiecto, quem
 norit soluendo non esse, suum receperit, quippe sibi vi-
 gilantem, id est, quod in tuendo pari iure, quale alii ha-
 berent, versarerit, doli mali infontem; Bonis vero posses-
 sis, parique hoc ipso facta creditorum omnium conditione,
 nulli eorum licere, quicquam reliquis praeripere. Ut tum
 vel is, qui debitorem fugientem et pecuniam auferentem
 confecutus, quantum sibi deberetur, abstulerit, vt acce-
 ptum in commune conferret, teneretur l. 10. §. 16. d. tit.
 contra ea, quae ob aequitatem Ius Lubec. Part. III. Tit. I.
 Art. IV. persecutori tribuit. v. MEVIVS b. l.

Est igitur hoc unum genus deminutionis bonorum debi-
 toris, solutum puto vni ex creditoribus, quod debebatur, ei-
 demque bene gnaro, non esse soluendo debitorem, quod
 Pauliana nostra non serit. Verum haec ipsa exceptio
 vnam alteramque limitationem patitur. Primam exhibet
 l. 6. §. 2. d. Reb. author. judic. possidend. Nimurum, si, quum
 plures instantre creditores, suumque peterent, debitor vni
 eorum gratificatus soluerit, acceptum cum reliquis commu-
 nicandum esse. Et quidem, quod natura rei, et verba hu-
 ius legis, eandem portionem mihi quaeri, indicant, pro rata
 eius, quod cuique debebatur. Secundam limitationem no-
 nat SCAEVOLA in d. I. 24. quae in fraud. credit. si, quum in
 eo esset, vt bona debitoris venirent, (quod nostris est im-
 minente concursu,) vnuus creditor suum, non a debitore
 oblatum acceperit, quod sine restitutionis periculo licet,
 sed

sed inuitu extorserit, vt hoc reliquorum creditorum gratia
reuocetur. Verbum extorquere, quo ictus vitur, si quis
cum M E V I O ad Ius Lubec. Part. III. Lib. I. Art. III. num. 30.
sqq. de priuata quamquam vi debitori illata intelligere velit,
vehementer erret. Cuiusmodi factum, tanquam spo-
lium, omni super iure disputatione seposita atque su-
spensa, restituendi necessitatem per se inferre, scimus
omnes. At extorquere licet, vti innuit ictus, debi-
tori, cuius nondum instat bonorum distractio. Igitur
extorquere est, debitorem facto iudicis ad solutionem adi-
gere, l. 10. §. 24. d. tit.

Addunt tertiam limitationem. Licere priuilegiato cre-
ditori reuocare, quae minus priuilegiato soluta sint. Esse
hoc inter iura singularia eorum, quae fisco Principis de-
bentur, per l. 3. c. d. reuocand. his, quae in fraud. crediti.
l. 5. c. d. Priuil. fisc. et l. 18. §. fin. D. d. Iur. fisc. nulla est
dubitatio. Neque id mirum, quum tam late pateat iuris
beneficium hac in re fisco tributum, vt simul bona debitori
delata, nec dum quaestia, nullius caeteroquin creditoris fa-
uore editio frudatorio subiecta l. 134. pr. d. Reg. Iur. l. 6. pr.
et §. 1-4. quae in fraud. crediti. complectatur l. 45. pr. d.
Iur. Fisc. Ut adeo non improbable suboriatur argumen-
tum, aeque minus audiendos esse hypothecarios, aliosque
priuilegiatos credidores, qui, obtenu fiscalis, exorbitantis
a iure communi, beneficii, petant, vt, qui creditum a de-
bitore, res suas sibi habente, acceperit, illud ipsis restituat.
Nec dubitarem huic ratiocinio calculum adiicere, si non ex
collatione legum, imprimis l. 3. quod cum eo, qui etc. l. 10. et
52. §. 1. d. Pecul. l. 5. §. fin. et l. 6. d. tributor. act. l. 14. d.
Noxall. act. et GODOFREDO ad hanc l. 14. not. 50. intel-
ligerem,

xx

figerem, regulam, qua inter creditores, sibi, ante quam bona possideantur, vigilantes, primi occupantis conditio melior est, admittere exceptionem, primo in actione tributoria, ut in hac par esse debeat omnium conditio, ac dein etiam in caeteris negotiis, si priuilegiarius creditor superueniat. Denique dubitationem, si qua forte excitari contrahas leges possit, omnem facile dispellit *I. fin. §. 6. C. d. Iur. delib.* et in certo constituit, hypothecarii creditoribus omnibus, pro temporis ordine, licere, contra reliquos, suum a debitore communi consecutos, vel hypothecaria, vel condicione experiri, vtque accepta, sine usuris *I. 5. C. d. Priuil. Fis. restituant, adigere.* Huic sententiae etiam stipulatur SCAEVOLA in *I. 22.* quae in fraud. credit. Consulere præterea, si lubet, licet glossam d. ad *I. 24.* quae in fraud. credit. et MEVIVM ad Ius Lubec. Part. III. Tit. I. artic. 3. num. 1. seqq. hac de re satis prolixo et apprime differentem, nec non D. CAR. FRID. WINCKLER. Dissert. de Creditori sibi vigilante, anno huius sec. LVIII. Kilon. habitam. Mitto BERGER. Oecon. Iur. Lib. II. Tit. II. §. 84. not. 20. aliosque huic rei vix duobus verbis immorantes.

Verba Edicti, quae fraudationis causa gesta erunt, plane generalia, notant, actione Pauliana non id solum effici posse, ut res fraudulenter alienatas, nummosue expensos restituere ac reddere oporteat, sed, ut quaecunque bonorum deminutio retractetur, ex susceppta a debitore obligacione, vel, facta eius debitori suo remissione, contracta sit. Et si in aliis exemplis ius nostrum liberationibus magis fuerit, quam obligationibus. Ut vel, si, dolose intermissa interpellat.

latione, suum praescribi, vel damnatoriam contumax sententiam, vel rem a se derelictam occupari, passus fuerit, vel servitutem non vtendo amiserit, creditoribus succurratur, totaque res in pristinum statum redigatur, *l. l. 2. 3. 4. quae in fraud. creditor.*

Modo simul notes, plenam illam pristini iuris reintegrationem solummodo locum inuenire in successore fraudis conscio. Successores, quia non statim aptius in re tam late patentis ambitus vocabulum succurrit, me etiam nihil monente, artis nostrae gnari intelligent, mihi esse non solum, qui iniustam nacti sint a debitore doloso rei vel non fungibilis, vel fungibilis, possessionem, sed eos omnes, qui, quod patrimonio debitoris vel ex contracta vel soluta obligatione, aliae facti vel commissione, vel omissione decedit, illud acquirunt, *v. l. 14. quae in fraud. creditt.* Docemur quidem *l. 6. §. 8. 10. — 13. l. 7. l. 11. l. 25. pr. er §. fin. aliisque, quae in fraud. creditt. l. 5. 6. C. de reuocand. his quae cte. actionem nostram creditoribus non solum patrocinari contra successores debitoris fraudis conscientios, sed contra inscos etiam fraudis, et contra fraudatorem ipsum:* Verum his ipsis etiam legibus docemur, non idem contra hos omnes efficere.

Et quod primo defraudantem attinet debitorem, contra quem, bonis exutum, nemo facile insurgeret, is obligatur, in quantum facere potest, nec cessa quid actione efficitur, quia in pari turpitudine potior est possidentis conditio, adeoque inanis exire hoc etiam respectu debet petitio. Hoc uno excepto, quod interest praestare
te.

teneatur, possitque, si pendente lite alia fortassis ipsi bona obuenerint. Idem dicendum de successore fraudulento, si, quam naclus est possessionem, in aliud transfuerit, eumque existimo non audiendum esse, si dare velit, quantum pro re dolose alienata vendendo vel permutando acceperit, vt potius vel rem ipsam, vel, quanti interstet, rem venditam non esse, praestare teneatur. Ab arbitrio creditorum vero pendeat, loco damni petere pretium pro re vendita acceptum. Sic puto in concordiam reuocandos esse PAPINIANVM in l. 9. et VLPIANVM in l. 1. et 14. D. d. Tit.

Sin vero successor malae fidei in possessione deprehendatur, dubium non est, quin reddere, quod accepit, obligetur, idemque, quia res in pristinum statum reuocatur, cum omni causa, et, praeter perceptos, percipiendis fructibus, vt tantum sumitus necessarii deducantur, l. 38. §. 4. d. Vslr. l. 10. §. 19 — 22. quae in fraud. creditt. quicquid contra VENVLLEIVS in l. fin. §. 3. sq. d. t. de fructibus mediis temporis, restitutioonis quippe obligatiōni eximendis, disputet. Variis Glossator, quas sibi fingit, distinctionibus, a causa possidendi, onerosa, an lucratua sit, fructuum discrimine, naturales sint, an industriaes, possessionis qualitate, actionis denique differentia, personali creditores, an reali, experiantur, de promtis, conciliare studet has leges, sibi vere obstantes. Quae omnia, partim ipsis hisce legibus, partim iuris rationi parum consentanea, probare non possum, totamque hanc disputationem, quum breuis esse debeam, eo lubentius in medio relinquo, quo magis ipse Glossator PAVLI et VLPIANI in d. l. 38.

ac 10. expressae sententiae subscrabit, et apud nos *Decis. II. d.*
a. 1746. Venuleii exceptionem respuit. Successorem ex
 causa lucrativa, eumque ex causa onerosa, utrumque vide-
 licet doli in creditores commissi participem, hoc unum in-
 terest, ut huic, quod pro re debitoris restituenda dederit,
 si in bonis debitoris exter, restituendum sit *I. 8. d. t.* Cae-
 terum eiusdem conditionis est, qui a debitore fraudulentio-
 sciens accepit, et, qui ab hoc, ipse fraudis conscientia,
 acceptum habet, quod probant verba generalia *I. 5. C. d. re-*
uocand. et magis indubium facit *I. 9. D. eod.* dum secundum
 emtorem, si bona fide defendatur, liberat.

Denique, qui possessionem bona fide vel ab ipso debitore
 doloso, vel ab alio natus est, tanquam heres, an ex titulo singu-
 lari, ad restituendum, quod ex ea re lucrum cepit, obligatur.
 Subest enim duplex obligationis causa, maleficium et aqui-
 tias. Illud pristini juris plenissimam restorationem, vel, si
 restaurari non possit, damni ex eius ammissione nati pae-
 stationem operatur. Haec, lucrum, quod ex alterius dam-
 no prouenit, auersans, id afflictis creditoribus reddere iu-
 bet. Inde est, ut illa aequa dura, ac iusta obligatio, quia
 delicta suos authores tantum tenent, solum fraudatorem,
 fraudisque participem, non heredes eorum feriat, et
 actio inde oriunda, ex quo nata est, intra annum debeat
 institui. Indeque etiam est, ut, ipsa revocatoria praescripta,
 haec ob aequitatem in iure prodita actio, ad extorquendum,
 quod ex iniusta alienatione lucrum prouenit, intra logissimum
 tempus, partim contra fraudatorem fraudisque participem
 ipsum, partim contra eius heredem, quatenus lucrum in
 hereditate natus est, partim denique contra eum, qui quid
 singulari titulo bona fide lucratus est, possit institui.

Quo

Quo loco tamen, hoc etiam notes, velim, fraudatoris fraudisue consci*i*, eorum heredis, et eius, qui bona fide ex titulo singulari lucrum haberet, non viam omnium eandemque esse, instituta hac in factum actione, obligationem. Ut potius defraudans fraudisque particeps, quod percepint ex defraudatione, lucrum, quo agitar tempore, in bonis eorum extet, an minus, eorum heredes, quantum ex lucro per hereditatem acceperint, ipsi acceptum conservauerint, aut non, singularis denique successor, idemque fraudis inscius, id solum, quod ex lucro percepto tempore institutae actionis adhuc superest, restituat. Quae omnia, si quid video, satis confirmant l. 6. §. II. sqq. l. 10. §. 24. sq. l. II. D. quae in fraudem credit. l. 5. C. d. revocand. iis etc. Caeterum communis est iuris interpretum opinio, successorem singularem, eundemque bona fide munitum non obligari, nisi quid ex causa lucrativa habeat, et innari videtur d. l. 5. et l. 9. D. d. Tit. Evidem puto, non tituli, seu causas possessionis, nomen, sed lucrum, quod ad possessorem peruenit, obligationem definire, idque, praeter aequitatem, quam ante oculos praetor habuit, mihi potissimum persuader l. 7. d. tit. ex qua meo iudicio consequitur, credidores contra eum audiendos esse, qui rem a debito doloso, bona fide quidem, sed viliori pretio emerit. Neque est, ut propter eiusdem PAVLI responsum in d. l. 9. obuium dubitemus, dum patet, hoc loco in mente fuisse emtorem, qui pro iusto pretio emerit.

Debeo iam filum huius tractatiunculae, propediem continuandae, abrumpere, et, cuius causa scripta sit, dicere. Est quidem haec panegyris, quae instat candidato dignificando.

HENRICO FERDINANDO HVIBELIO

Vitae eius decursum ipsius verbis tene

Natus sum Dresdae d. xxxi. Jul. A. R. S. c. 1600 CCLVII.
 Patre IOANNE GOOFREDO, Electori Saxoniae Serenissimo a
 Consiliis Commissionum; Camerae, matre IOANNA ROSINA e gente
 KALXIA oriunda; quos parentes ut summum numen quam diu-
 tissime saluos, sospites, et omni felicitatis humanae genere flo-
 rentissimos conseruet, itaque placidam ac quietam senectudem
 largiatur, ea, qua fas est, pietate precor. A primis statim annis
 domesticorum praeceptorum institutioni traditus, iis artibus, quibus
 puerilis aetas erudiri et ad seviores disciplinas praeparari solet,
 instructus fui, quo quidem nomine in primis M. EPHR. GOTILIEB
 LOESCHERI, nunc apud Rittersgrunenses Pastoris dignissimi, curae
 industriaeque singulari et fidei me quam plurimum debere, laeta et
 grata mente profiteor. Anna octavis decimo quinto in Scholam Pro-
 vincialem Afranam, quae Misenae floret, receptus, litteris humanio-
 ribus operam nauavi, praeceuntibus viris Celebrerrimis, GOTTELEB-
 RO, CLEEMANMO, MVELLERO, SCHREGERO, atque KLIM-
 MIO, quorum omnium maxima erga me merita gratius recordor. In
 primis autem GOTTELEBVS, Scholae Afranae Rector, vir singularis
 et exquisitae doctrinae laude conspicuus, cuius disciplinae domesticae
 concreditus eram, tantum in ingenio ad optimas quasque artes exci-
 tando et incendendo, nec non in animo bene formando studium colloca-
 uit, idque cum tanta erga me humanitate et benevolentia coniunxit,
 ut verba defint, quibus grati animi sensus satis declarari, demonstra-
 rique posset. Non integro triennio Misenae commoratus, in universi-
 tatem litterarum Lipsiam me contuli, et Magnifico tunc Academias
 Reclere BELIO in numerum ciuium academicorum relatus fui. In
 philosophiae praeceptis PLATTNERI et SEYDLITZLI scolas secutus
 sum, historiam vniuersalem, archaeologiam atque Romanorum anti-
 quitates enarrantem audiui ERNESTIYM, in addiscendis principiis Iuris

na-

naturae et Iuris publici emiuersalia SAMMETI paellectionibus interfui, doctinas eas, quas ad scientiam juris theoreticam pertinent, historiam juris Civilis, Institutionei, Digesta, Ius Canonicum, Ius Germanicum, Ius Feudale, et Ius Criminale, edocuerunt me HOMMELIVS, SEGERVS, SCHOTTVS, PÜTTMANNVS, KINDIVS atque BIENERVS, in cognoscendo ritu fori et cauſarum, nec non in arte referendi discenda, ZOLLERO frequens auditor assedi, in bibliotheca vero Imperii, statuumque Europaeorum percipienda BOEHMIVM ducem fecutus sum, et denique PLATTNERI scholars in medicina forensi frequentau. Finitis et absolutis ita studiis Academicis, ex universitate Lipsensi discesseris, praefide S.R. ZOLLERO publicam disputationem habui, et superato paulo post, quod pro Candidatura vocant, solemnri exzamine, Illustris Iure Consultorum Ordo Lipsiensis me piae Ceteris et Omnino dignum judicauit, cui facultas, cauſas in foro orandi concedatur, et reliqui speciminiibus defuncto, summi in viro que jure honores conferantur. In urbem patriam deinde reuersus, forensibus negotiis memet statim immiscui, neque in posterum iis deero, qui opera mea qualicunque vti voluerint.

Iam ad nos redux, postquam non minore cum laude d. huius mensis XIImo, examen pro licentia, rigorosum vocant, sustinuit, singulis nostrum visus est, cui bene merito summi in iure honoris decernantur, quos, quem primum proximo Mercurii Praelectionem cursoriam super L. Per hanc 4. C. de temp. et repar. appell. habuerit, et mox sequente Iouis die Dissertationem a se conscriptam, cui Rubrum est, Num ob renouationem simultaneae inuestigaturae a proximiore simul inuestigatio omisſam, consolidatio feudi temporaria existente successioſis caſu locum habeat, sine Praeside, horis solemnibus matutinis defenderit, ei tribuet collega coniunctissimus, Vir Illustris, D. IOANNES GOTTLIEB SEGERVS Sapr. Cur. Provinc. et nostri Collegii Aſſeſſ. Institutt. Antecell. Ordinar. in quem
hanc

271

hanc potestatem contuli, simulque omnia iura, immunitates et priuilegia, quae vtriusque Iuris Doctoribus competunt, modo spem in Collegio nostro assidendi excepéris, ei largietur.

Ut vero hunc nostri diem Rector Academiae Magnificus, Celsissimi, Illustrissimique Principes et Comites, caeterique Generosissimi et Generosi commilitones, illustrare, et condecorare præfentes frēquentesque velint, obseruantissime rogo. Scribebam Lipsiae, Dominica Misericordias Domini A. R. S. clo IccCLXXXII,

EX OFFICINA BÜTTNERIA.



1078

ULB Halle
005 361 494



3







P. 321

PROCANCELLARIVS D. HENRICVS GODOFREDVS BAVER

HEREDITAR. IN STOETTERIZ.

SERENISS. SAXON. ELECTOR. A CONSILL. PROVO-
CATT. SVPR. CVR. PROVINCIAL. ET COLLEG. ICTOR. LIPS. ASSESS.
PANDECTT. ANTECESS. ORD. ECCLES. CATHEDR. NVMBVRG. CA-
NONIC. ET COLLEG. DVCAL. MINOR. SODAL.

S V M M O S

IN VTROQVE IVRE HONORES

HENRICO FERDINANDO HVIBELIO

ADVOCAT. DRESDENS.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XVIII. APRIL. A. C. CLXIX CCLXXXII.

P V B L I C E T R I B V E N D O S

I N D I C I T

PAVCIS PRAEFATVS



DE ACTIONE PAVLIANA

